



Pater ubi refecit reliquias suas ad se reuocauit. Vir qui eos hinc reduxit: In via lesus contagio  
vig domum reuersus, exspirauit. sequuta est hinc una puellarum, quas hinc a nobis abduerat.  
mortua uem est hinc in uicinia Chirurgi uxor, quem ego laboranti pueralo custodem adunera.  
Sed in ea familia his deinde sex septimanis incredibili Dei beneficentia ab omni contagione  
immunis fuit. Laus sit Deo patri nostro **EXSILIO EJUS IESU CHRISTO** una cum spiritu Sancto  
Trifidatore in omni aetate. Amen. [Dpsis Cal. Nouembr. 1575.]

Nr. 257)

Pax Christi. [= Mscr. A. 12: Nr. 243]

M. Iacobus Iohannes alle Ottersstedius quem nuper pro meo erga patrem eius desiderio tibi uenerande  
frater sollicitè commendaueram: ubi ex me cognouit quam optata respondisses: uisus mihi  
est uehementer refici et recreari. Rogatus sum igitur, ut primo quoque nuntio uergerem inceptum  
beneficium, efficeremque ut ad Moecenatem nostrum Doctorem Cass. Olevianum commens-  
datio in promptu esset. Promissi & quidem lubens. Interea parat mater adolescentis, vestem,  
viaticum, & quod satis sit tam procul ituro, sarcinularum. Paucis post diebus: cum iam scribitis, hinc  
fortè occurrentem in publico prehendi, Quasiui equid iam procinctus es: ad quem  
diem parari epistolam uellet. respondet tristis. Nescio quid noui consilij sua matri in mentem  
uenisse. **Et** Rodbarde nostro prolixè se de rebus suis loquitur. y. In summa iuuenilis  
inconstantia, & leuitas nouum mihi pudorem incussit. Quid faciam. praeesse studeo  
quae unquam possum. sed non in multis successibus respondet. Quamquam tamen erubescere inter-  
dum, & me concepta de hominum filijs spes bona frustratur: attamen quia uideo canos  
meos, neq. dubito non longum mihi uitae spacium superesse: sequendum mihi illud Apосто-  
li consilium arbitror. το δὲ κολοῦν ποιοῦντες μὴ ἐκκονώμεν. Dum à me doceri possunt,  
adjuuo quoad possum, cum se aliò transferunt: quibusdam exile viaticum, alijs commens-  
dationem subministrò. Perit (fateor) in multis opera & impensa: ceterum hoc ipsum  
Deo commendo. Habitat in **Bremensi** alius quidam iuuenis maturior neq. minus  
benè institutus. Cuid si eum perpollam ut quod beneficium Ottersstedig repudiavit obla-  
tum: ipse alacriter auidèq. appetatur. faciam periculum, sed in proximam aetatem  
est quod promitto. Fieri interea potest ut me Scholam Dominus subducatur. Comelinus  
nostro noster Emdae fato defunctus est. Eius mors mihi perquam auditu grauis fuit, cum meis  
liberis constitueram tutorem & patrem. Sed haec quoque me spes ludificata est, scilicet ut  
pater senex, cum paruis liberis, & matre, nullum hic in exilio propinquum habentes, aut  
amicum fidelem, ab unius Dei auxilio pendeamus. Non dubium est, quin idem tibi isthinc  
usu eueniat, ut in multis ore benè precantibus, uix unum inuenire possis, in cuius beneuolentia  
& fide acquiescas. Urgeamus hoc quidquid est oneris à Christo Seruatore & Domino  
nostro nobis impositum. Liberi nostri in eo spem suam ponent, & eadem nobiscum bene-  
dictione fruuntur. De rebus Ecclesiarum Hollandiae, nihil rescire potui. Gallica dissensionem  
nullum finem inueniunt, aut modum. De comitibus quid boni aut mali sit expectandum:  
melius ipse nosti, neq. soleo de rebus aliarum gentium, quo loco sint, magnopere laborare.  
Domi mihi & in Schola res tranquillas esse gaudeo, & pro tam raro beneficio, quantas  
possum maximas DEO gratias ago. Vale cum honestiss. conjugè Doct. Clariss. Cassa-  
rem Olevianum quaeso ut ex me salutes officiosissime.  
Bremæ pridie Nonas Nouemb. 1575. Tuus frater in Domino

Nr. 258)

Pax Christi.

Johannes Molang.

M. Ioh. Iacobus Iohannes alle Ottersstedius quem nuper pro meo erga patrem eius desiderio tibi uenerande  
frater sollicitè commendaueram: ubi ex me cognouit quam optata respondisses: uisus mihi  
est uehementer refici et recreari. Rogatus sum igitur, ut primo quoque nuntio uergerem inceptum  
beneficium, efficeremque ut ad Moecenatem nostrum Doctorem Cass. Olevianum commens-  
datio in promptu esset. Promissi & quidem lubens. Interea parat mater adolescentis, vestem,  
viaticum, & quod satis sit tam procul ituro, sarcinularum. Paucis post diebus: cum iam scribitis, hinc  
fortè occurrentem in publico prehendi, Quasiui equid iam procinctus es: ad quem  
diem parari epistolam uellet. respondet tristis. Nescio quid noui consilij sua matri in mentem  
uenisse. **Et** Rodbarde nostro prolixè se de rebus suis loquitur. y. In summa iuuenilis  
inconstantia, & leuitas nouum mihi pudorem incussit. Quid faciam. praeesse studeo  
quae unquam possum. sed non in multis successibus respondet. Quamquam tamen erubescere inter-  
dum, & me concepta de hominum filijs spes bona frustratur: attamen quia uideo canos  
meos, neq. dubito non longum mihi uitae spacium superesse: sequendum mihi illud Aposto-  
li consilium arbitror. το δὲ κολοῦν ποιοῦντες μὴ ἐκκονώμεν. Dum à me doceri possunt,  
adjuuo quoad possum, cum se aliò transferunt: quibusdam exile viaticum, alijs commens-  
dationem subministrò. Perit (fateor) in multis opera & impensa: ceterum hoc ipsum  
Deo commendo. Habitat in **Bremensi** alius quidam iuuenis maturior neq. minus  
benè institutus. Cuid si eum perpollam ut quod beneficium Ottersstedig repudiavit obla-  
tum: ipse alacriter auidèq. appetatur. faciam periculum, sed in proximam aetatem  
est quod promitto. Fieri interea potest ut me Scholam Dominus subducatur. Comelinus  
nostro noster Emdae fato defunctus est. Eius mors mihi perquam auditu grauis fuit, cum meis  
liberis constitueram tutorem & patrem. Sed haec quoque me spes ludificata est, scilicet ut  
pater senex, cum paruis liberis, & matre, nullum hic in exilio propinquum habentes, aut  
amicum fidelem, ab unius Dei auxilio pendeamus. Non dubium est, quin idem tibi isthinc  
usu eueniat, ut in multis ore benè precantibus, uix unum inuenire possis, in cuius beneuolentia  
& fide acquiescas. Urgeamus hoc quidquid est oneris à Christo Seruatore & Domino  
nostro nobis impositum. Liberi nostri in eo spem suam ponent, & eadem nobiscum bene-  
dictione fruuntur. De rebus Ecclesiarum Hollandiae, nihil rescire potui. Gallica dissensionem  
nullum finem inueniunt, aut modum. De comitibus quid boni aut mali sit expectandum:  
melius ipse nosti, neq. soleo de rebus aliarum gentium, quo loco sint, magnopere laborare.  
Domi mihi & in Schola res tranquillas esse gaudeo, & pro tam raro beneficio, quantas  
possum maximas DEO gratias ago. Vale cum honestiss. conjugè Doct. Clariss. Cassa-  
rem Olevianum quaeso ut ex me salutes officiosissime.  
Bremæ pridie Nonas Nouemb. 1575. Tuus frater in Domino

[= Mscr. A. 12:

Nr. 244]